Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36549
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

in corde terre. tribus diebus & tribus noctibus. De hoc
plenius in commentariis ionae prophetae disputatum.
Ad illum igitur locum lectoris diligentiam remittimus.
Hoc breviter nunc duxisse tantum. qd sinec dorhicos
Hoc totum intelligatur ex parte non quod omnis dies
tres & tres noctes in interno dies fuerit. sed quod
in parte parasceuae. ἡ παρασκευή. & diuae & tota die
sabbati tres dies & totidem noctes intelligantur.
Viri ninuitae surgent in iudicio cum generatione
ista. & condemnabunt eam. Non sentiamus potes
tatem. sed paenitentiae exemplo. Ecce hic plus quam
iona. Hic aduerbium loci non pronomen intelligas. Io
nas secundum lxx interpretes triduo perdicauit. Ergo tan
to temporis. Ille assirius gentem incredulae. Ergo in
deus populo dei. Ille peregrinus. Ergo ciuibus. Ille voce
locutus est simplici. nihil signorum faciens. Ergo tan
ta signa faciens. beelzebub calumniam sus
tinuo. Plus est ergo iona hic. id est in paenitentia omnes
uos. Regina austri surget in iudicio cum genera
tione ista. & condemnabit eam. quia uenit a finibus
terae audire sapientiam salomonis. Eodem modo
condemnabit regina austri populum iudaeorum. quod condem
nabunt uiri ninuitae istam hebreae incredulam
Ista autem regina saba de qua in regum uoluminis
& in paralypomenon. Legimus quae praemissis
difficultatibus gemmis suis & impio dentichis. ut
ait in iudea. sapientiam audire salomonis. & ca
multa munera detulit. In ninive autem & in